



D. Erasmi Ro. Apologiae duae. In priore pala[m] refellit quoru[n]da[m] seditiosos clamores apud populu[m], & magnates, quibus ut impie factu[m] iactitant, q[ue] in euangelio Ioan. uerterit. In principio erat sermo. In posteriore, quae nihil habet, necq[ue] nasi, neq[ue] dentis, neq[ue] stomachi, neq[ue] unguium, r[espo]ndet duabus inuectiuis Eduardi Lei, nihil addo qualibus, ipse iudicato lector.

<https://hdl.handle.net/1874/433095>

D. ERASMI

Ro. Apologiae duae. In priore palam refellit quorundam seditiosos clamores apud populū, & magnates, quibus ut impie factū iactitant, quod in euangelio Ioan. uerterit. In principio erat sermo. In posteriore, quae nihil habet, neque nasi, neque dentis, neque stomachi, neque unguium, rident duabus inuectiuis Eduardi Lei, nihil addo qualibus, ipse iudicato lector.



ERASMVS RO

terodamus lectori S.

D Rodijt repente liber Eduardi Lei, q̄lis sit ipse, quādo in me scriptus ē, nihil pronūcio. Prudēs lector ex re iudicabit. Illud interim ex omnibus impetratum uelim, ut tantisper suspendāt sententiam, donec mea prodeat respōsio. Apologijs illius hoc triduo respondi, rem difficillimā conatus, ut conuictijs absq̄ conuictio rñderem. Nūc ad annotationes illius accingor. Et rei dabuntur dies decem ad summū, cum ille plus q̄ biennium insumpserit, licet olim patrono plures soleant infundī clepsydræ, quā actori. Vale lector, & alteram aurem mihi seruato integram.

D. ERASMVS
ROTERODAMVS AEQVIS
lectoribus S. P.

D LIM ADMIRATVS EST HOMINERUS, rei calamitosissimæ, nēpe belli, nihil esse satietatem mortalibus, cū somni, cibi, potus, choreæ, cātionis, cæterarūq̄ rerū suauitū sit satietas. Ego demiror esse, quos pertinacissimo studio iuuat, subīde nouos excitare tumultus in perniciem, & studiorum, & Christianæ pietatis. Nuper quidam & theologiæ, & religionis professione uenerabilis, & episcopali dignitate insignis Londini, in frequenti concione, exorsus apud populū de charitate dicere subito coepit debacchari in nostrā translationē, magnis tragœdijs exagitans, quod in euangelio Ioannis uerterim per uerbo sermonem. Et hūc locū ita produxit, quasi iam haberet, quod nec excusari posset, nec ullo prætextu palliari. Ecce, inq̄t, nobis tot ita annos doctoribus denuo redeundū erit ad ludos literarios, Nā cū hactenus annis plus mille, tota ecclesia legerit, In principio erat uerbū, nunc tandem si supis

placet, docebit nos græciffans aliquis, In principio erat sermo. At Aug. cū ondat græcam dictionē logos, latinis significare & ybum, & rationē, tñ placet ei magis uerbi, q̄ rōnis uocabulū in eo loco. Nā uerbū magis quadrat ad significātiā secundā p̄sonā in diuinis, prop̄ rōnes, quas Augusti. al. legat. Sed eas, inqt, rōnes isti græciffantes nō intelligūt, & audent tñ contaminare scripturas. Cū existimaret rem pulchre demonstratā, coepit implorare auxiliū præfecti Londinēsis (nā istū ad erat ex more) ac ciuū Londinēsiū, ne sinerēt eiusmodi trāslationes nouas, q̄ scripturæ sacræ subuerterēt autoritatē, serpe latius. Eodē ferme tpe Bruxellæ in ede diuæ Gudulæ, Carmelita qdam, nō addam nomē, cū ille metum nō suppresserit, in populi frequētia e suggestu, in cætera dixit esse quēdam Erasimū, qui nō uereret corrigere euangeliū Ioannis. Huic nō dissimilē fuisse tumultū Parisijs ex amicorū literis cognoui. Eadem blaterant passim apud magnates Aulicos, in cōuiujs. Primū q̄ seditiosum est hec uociferari apud impitā multitudinē, apud coriarios ac mulierulas, a q̄ iudicio, dūtaxat i his rebus, minūm absunt p̄mores Aulici. Nos illa doctis scripsimus, non pplō, neq; secus i templo legimus, q̄ alij legūt. Nec hoc egimus cū Potifice, ut tolleret ueterē trāslationē, sed ut hac nra domi collata, illa & dilucidior esset, & minus deprauata. Nūc nō solū euulgāt seditiose, qd erat iter eruditos differēdū, sed fallūt etiā pplm, q̄ magis irritēt. Etem cū audit plebecula eē quēdā q̄ corrigit euāgeliiū Ioannis, nō itelligit me tractare de cōmoditate ytendi, sed arbitrat me dānare qd scripsit ipse Ioannes. Neq; secus interpretat, cū audit eē qui corrigit p̄cationē dñicā, & magnificat, aliāq; id genus. Neq; ppl's tm sic interpretur, uerpetiā qdam, q uulgo rabini uolūt h̄ri. Digito designare possum, si ueli. Sūt em q uix norint Ioannē aliū scripsisse q̄ latine. Nō me clā est magna ex parte ludi opam, quæ his refellēdis sumit. Sed tñ qd ad ybū & sermonē attinet paucis tñdebo. Pricipio singam? i sacris libris, nusq; sermōis uoce, notari filiū dei, agedum, nū nefas eēt appellare, cū iuxta hoc sic ualeat sermōis, & ybi uocabulū, cū de rebus hūanis loq

Nam diuinas nullae uoces humanae proprie exprimunt. An
quia p̄r deus, t̄m dicit̄, ideo mihi non licebit uocare parentē,
aut genitorē: Filius quia sic semper appellat̄, nō poterit ap
pellari natus, aut p̄les, aut aliud qd̄ idem polleat: Quod si
utraq; uox & sermonis & uerbi reperitur in sacris libris, ut
imox docebimus, superest ut conferamus utra magis expri
mat gr̄cam uocē λόγος, quae, cum sit polysemos, nunc oīo
nem, nūc rōnē, nunc cōputū, nunc sermonē significās, quae
t̄m omnia putat Hieron. aliq̄ pacto competere in filiū dei, t̄m
magis placuit latinis, uerbi aut sermōis uocabulū. Nam qd̄
Augustinus docet uerbi uocabulū aptius notare filiū dei, q̄
rōnis, nihil ad me ptinet, Cum ego sermonē cum uerbo cō
ferā, non cū rōne, & ita praefero sermonē, ut uerbū nō reici
am. Qd̄ nos proprie uerbum dicimus, Graeci ῥήμα uocant,
qd̄ opinor nusq; in diuinis libris usurpari p̄ filio dei. Neq;
t̄m inficior apud Latinos autores, aliq̄ties uerbum usurpari
p̄ dicto quopiam breui, ueluti puerbio aut sn̄a. Verius t̄m
& usitatius exprimit λόγος, oīo & sermo q̄ uerbum. Postre
mo ut nihil intersit inter uerbum & sermonē, certe generis
congruentia magis cōmendat sermonis uocabulū, aliq̄ ma
lim oīonem, q̄ sermonem, qd̄ sermo frequent̄ sit confabula
tio multorū familiarit̄ colloquentiū. Nam ut mollius ē, ser
mo diuinus factus est hō, q̄ oīo diuina facta est hō, ita duru
us esset, uerbum factū est hō, nisi mollitet cōsuetudo. Res
igit̄ non erat exagitanda tumultu, etiāsi nusq; hactenus del
filius dictus esset sermo, p̄sertim in priuata lectione. Nūc id
multo minus oportebat fieri, cum & in libris sacris, & apud
doctores orthodoxos comperiat̄ Christus dictus sermo. Pri
mū quod legimus libri, qui sapia inscribit̄, ca. xvij. Omnia
potēs sermo tuus dñe exiliēs de caelo, a regalibus sedibus ue
nit, ecclesia tot iam saeculis interp̄rat̄ & canit de Ch̄o. Di
cet quispiā semel dūtaxat reperit̄ hoc in sacris uolumibus.
Demus ita esse, qd̄ mox, pbabo secus h̄re, t̄m hoc semel post
tū, ecclesia toties recinens facit, ut frequētissime dictū uideat̄.
Ac ne quis sit oīno tergiuersādi locus, Diuus Thomas ex
plicans locū ex epistolae Pauli ad Hebraeos, cap. iij. & hoc

adducit testimoniū de filio dei, sed p̄stiterit opinor ip̄ius uer-
ba subscribere. Ista (inquit) litera de se uidet̄ h̄re difficultatē,
t̄n considerādo aliā translationē, planior est. Vbi em̄ nos ha-
bemus sermo, in gr̄co h̄r logos, qđ est idem, qđ uerbū. Vn-
de sermo. i. uerbū. Et sic etiā exponit Aug⁹ illud Ioan. xij.
Sermo quē locutus sum. i. ego ip̄se, qđ sum uerbū. Sap. xvij.
Oipotens sermo tuus dñe exiliens de coelo, a regalibus sedi-
bus uenit. Et s̄c̄r̄ hic, sermo dei uiuus. i. uerbū dei uiuū. Ha-
ctenus illius uerba recensuimus, ex quibus liquet illū nullū
facere discrimen int̄ sermonē & uerbum. Liquet itē ex tota
illius interpretatione, locū hunc accōmodandū esse Christo.
Quin & glossa, quā uocant interliniārē, hunc eundē locū
interpretat de Christo. Sermo (inquens) dei. i. filius dei, ut ne-
addam, quā sequunt̄ in eandē sn̄iam. Consentit Lyranus,
& Hugo Cardinalis, qñ quidem his apud q̄sdam est summa
autoritas. Neq; dissentit glossa, quā uocant ordinariā, cui
eōi Theologorū consensu plurimū est ponderis. Compago
(inquit) d̄r̄ iūctura ip̄ius sensualitatis & rōnis, quā uidet filius
dei. Hęc fortassis submolesta fuerint erudit̄is, sed agimus
cum his, apud q̄s hęc plus ualent, q̄ ea, quā sunt eruditiss̄-
ma. Quin & illud qđ legitur Sap. ca. xvi. Neq; herba, neq;
malagma sanauit eos, sed tuus dñe sermo, qui sanat oīa. Et
glossa, quā uocant ordinariā, & Hugo Cardinalis interpre-
tant de filio dei, qui sermo dictus sit p̄ris. Ad hęc diuus Cy-
prianus cū alijs locis cōpluribus utit̄ sermone p̄ uerbo, tum
in lib. ij. aduersus Iudæos cap. iij. testans plar̄isq; canonicæ
scripturæ locis, ubi nos hodie legimus uerbū, olim ecclesiā
legisse sermonē. Cum em̄ titulus capit̄is sit, Qđ Ch̄s idem
sit sermo dei, qui titulus in uetustis codicibus nō separatus
est, sed sic admixtus, ut uerisimile sit ip̄sius esse Cypriani.
Subiiciunt̄ hęc testimonia in psalmo. xliij. Eructauit cor
meū sermonē bonū. Existimat em̄ Cyprianus hęc esse uer-
ba p̄ris, ex se p̄gignētis filiū. Ac rursus, Sermonē dei coeli
firmati sunt. Itē apud Esaiam. Verbum cōsummans & bre-
uiās in iustitia, qm̄ sermonē breuiatū faciet deus. Itē in psal.
Misit sermonē suū & curauit illos. Itē in Apocal. Et ecce

equus albus, & q̄ sedebat sup̄ eū uocabat̄ fides & uer⁹, & quā
iustūq; iudicās & p̄liatur⁹, eratq; cooptus ueste cōspersa lan
guine, & d̄r nomen eius sermo dei. Citat̄ ibidem & hūc ex
Ioāne locū in p̄cipio erat uerbū, in q̄ nō nihil suspicor scri
ptorē ex sua mēoria, p̄ sermōe mutasse uerbū, quē admodū
frequent̄ accidit. Qd̄ ut alicui dubiū uideat̄, Certe e duob⁹
alter⁹ necesse ē, ut Cyprian⁹ aut legerit in p̄cipio erat ser
mo, aut putarit̄ nihil prorsus interesse in uerbū & sermōe.
Alioq; nō r̄nderet titulo testimoniū hoc, cū cetera oīa r̄nde
ant. Id q̄ fiat etiā p̄babilius, Augustini v̄ba subscribā, enar
ratis illud ex Ioānis ca. xvij. Sermo tuus ueritas ē. Quid in
quit aliud dixit quā ego ueritas sum? Græcū q̄ppe euāgelii
logos habet, qd̄ etiā ibi legit̄, ubi dictū ē, in p̄cipio erat uer
bū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Et utiq; uer
bū ip̄m nouimus unigenitū dei filiū, qd̄ caro factū est, & ha
bitauit in nobis. Vnde & hīc poni potuit, & in quibusdā codi
cibus positū est, uerbū tuū ueritas est, sicut in quibusdā co
dicibus etiā ibi scriptū est. In p̄cipio erat sermo. In græco
aut̄ sine ulla uarietate, & ibi & hīc logos est. Sanctificat̄ itaq;
p̄r, in ueritate, id est, in uerbo suo, in unigenito suo, suos hā
redes. Hactenus Augustini uerba retulimus, ex quibus palā
est in nonnullis codicibus olim fuisse scriptū. In p̄cipio
erat sermo, & sermo erat apud deū, & deus erat sermo, quē
admodū cōiicio legisse diuū Cyprianū. Palā est Augusti
ni iudicio, nihil interesse, utrū uerbū legas an sermōe, Palā
est eiusdē iudicio, in euāgelio Ioānis Christū appellari ser
mōe. Sermo tuus ueritas est. Idem Augustinus enarrans
capit̄ Ioannis euāgelistæ. xij. scribit̄ hūc in modū. Cū ue
ro dixit, qui spernit me, & nō accipit uerba mea, habet qui
iudicet eum. Expectantibus aut̄ quis nā ille esset, secutus ad
iunxit. Sermo quē locutus sum, ille iudicabit eum in nouissi
mo die. Seipsum quippe locutus est, seipm̄ annūciavit. En
rursus hoc quoq; loco palā dei filius sermo d̄r, nō uerbū. Ne
ep̄iā disputo, quantū tribuendū sit huic interpretamēto Au
gustini. Mihi satis est, qd̄ ille non abhorruit a uocabulo ser
monis. Idē libro de trinitate primo, scribit̄ his uerbis, tractās

euāgelij locū, quē nō citaui⁹. Sermo quē loquutus sum,
ille iudicabit eū ī nouissimo die. Quero itaq; quō intelligam⁹
Ego non iudicabo, sed x̄bū, qđ loquutus sum iudicabit, Cū
īpe sit x̄bū p̄ris, qđ loquit. Et hūc euāgelistē locū Aug⁹ ac
comodat ad filiū dei, demonstrans nihil interesse, inter ser
mōis, & uerbi uocabulū. Quorsū iā attinet ex orthodoxoꝝ
alioꝝ libris exēpla repetere, Cū Cyprianū habeamus auto
rem, quo mea snia non alius accessit propius ad pectus apo
stolicū, cūq; hoc Augustinū ac Thomā, ne quid dicā de rece
tioribus. Vnū tñ atq; alterū locū proferā ex Hieronymi li
bris. Isenarrās caput primū ex eplā ad Ephesos, scribit hūc
in modū. Nō qđ ali⁹ assumptus hō, & ali⁹ sit sermo qđ assum
psit, sed qđ un⁹, atq; idem p uarietate causarū, nūc sublimis,
nūc hūilis p̄dicet. Rursus eodē cap. ut quō dñs n̄r Iesus ch̄s
est sermo sapiē, x̄itas, pax, iustitia, fortitudo, ipē sit etiā gl̄ia.
Nū huic religio fuit dei filiū appellare sermonē: Iā Prudenti⁹
in hymno, quē canit chor⁹ eccl̄iasticus. A des p̄r sup̄ me, quē
nemo uidit unq; p̄risq; sermo Ch̄i. nūqđ x̄itus ē dei filiū ap
pellare sermonē. Poeta ē īquiēt, est, sed tm̄ spirās tū sc̄timo
nia, tū sacrae eruditōis, ut mereat̄ int̄ grauissimos eccl̄iē do
ctores annumerari. At Hilarius li. de trīni. scđo prima spe
cie uideri pōt negare filium dei dici posse sermonē, cū pen
it⁹ introspicētī, plane uocet. Sic em̄ scribit. Cessat sonus uo
cis & cogitatōis eloquiū. Verbū hoc res ē, nō son⁹, natura
nō sermo, de⁹ nō ianitas ē. Hacten⁹ Hilarius. At nō pp̄dūt
hic sermonē accipi p sermōe hūano, qđ sit organis corporeis,
& aeris īpulsu pellit tympanū auriū. Is sermo accēs ē, nō res
p se sublitēs. Talis nō ē ch̄s. Imo nihil phibet, qđ min⁹ eodē
loco potuerit ponere x̄bū. Natura ē, nō x̄bū. Sigđē natura
substantiā uocat, cui opponit sermonē, uelut accēs. Atq; ibi
dē paulo sup̄ius, Cū ait, In p̄cipio erat, qđ sermo cogitatōis
aeternus ē, cū qđ cogitat sit etern⁹, nōne palā uocat ch̄m eter
nū sermonē ex aeterna mēte p̄ficiscētē. Nō arbitror opera
p̄ciū in re tā manifesta ut uel ceco appareat, p̄la cōgerere.
Nūc illud mihi perpende, qđ quis es cādide lector, qđ est alia
nū a sinceritate Christiana, nulla de causa tam odiose in fa

inā alienā debacchari apud pplm, & indoctā p̄bentē seditionis clamoribus ad lapides p̄uocare. Fingāt me nōnihil lapsū in eo, qđ p̄ uerbo sermonē uerterim, quid minus conueniebat, qđ hęc disputare apud p̄miscuā multitudinē: imo nō disputare, sed latrare. Si tot locis ī sacris uolumibus Ch̄s dī sermo, atq; iō etiā in euangelicis l̄ris, Si hoc publice legitur, & canit̄ in tēplis, etiā ab ijs, qui me lapidant, Si recitat̄ ī scholis, si ab hac uoce non abhorruerūt, neq; ueterū, neq; recentium orthodoxorū auctores, si tam p̄batis autoribus nihil interest, sermonē dicas an uerbum, imo si sermonis uocabulū, & cōmodius est, & mollius, & gręcā uocē λόγος rectius exprimit, mihi tantos ciunt tumultus, in ope, qđ nec in templis, nec in scholis legit̄, sed ī cubiculis dūtaxat, ubi ē fas & apocrypha, & hęreticorū libros legere, ita uerterim, ut olim publica legit̄ ecclia: Si impiū, si blasphemū, si capitale ē, Ch̄m appellare sermonē, aut añ me, aut mecū dānēt optet tot egregios ecclia: p̄ceres, Cyprianum, Aug. Hiero. Thomā, Hilariū, imo totā eccliam. Sin pie, si ex consuetudine, & p̄risca, & horū tēporū ecclia:, si ex auctoritate p̄batissimorū patrum, Ch̄m uocamus sermonē patris, cogita qđ sit atrox iniuria hoīem bēnemerentē in publicis cōciōibus p̄p̄o lapidandum tradere, & occidere innoxiiū. Quid em̄ refert manu occidas an lingua: Si Paulus nō liberaf̄ ab homicidij crimine, qđ ip̄e nō attingēs lapides, seruarit uestimēta lapidatiū, imo graui⁹ admisit scelus, uelut oīm lapidatiū manibus inferuiēs, qđ si un⁹ e lapidatiū numero fuisset, qđ dicemus de his, qđ studio p̄uerso, & animis deuotis uulgus imperitū in exitum hoīs incitat̄: idq; ex eo loco, unde ppl̄s audire solet doctrinā euāgelicā: A t̄q; id faciūt ij, qđ se p̄sitent euāgelicā doctrinā magistros, & p̄fectā religiōis columina. Illi principū & plēbis implorāt auxilia aduersus b̄nemerentē, Ego iustius eorundē implorē opē aduersus hm̄i seditionis petulantia, quæ nisi p̄cerū auctoritate coerceat̄, piculum est, ne in graue Ch̄rianae pacis p̄niciē exeat aliqñ. Vale lector, & ex hoc facto perpende quid illis tribuendum sit in ceteris.

¶ Finis prioris Apologiae. Sublequit̄ secunda.

ERASMVVS RO
TERODAMVS AEQVO LE
CTORI S. D.



BSECRO TE LECTOR,
quisquis es, qui Eduardi Lei con-
flictationem nuper obortam aduer-
sum me legisti, quando unquam
Ethnicus in Ethnicū ipotētus de-
bacchatus ē, q̄ ille Christianus in
Chriānū, sacerdos in sacerdotē, at-
q; etiā amicus in amicum. Nam
amicitiā ne nunc quidem in to-
tum renūciat. Quis unquam legit quicquam inimicius, aut
seditiosus. Celsus ex professo conuitijs impijs totam Chri-
sti tum uitam, tum doctrinam proscidit. A duersus hunc li-
bris aliquot depugnat Origenes. Sed quanto mitior ille in
Celsum, q̄ in me Leus. Expectabam equidem librū haud
quāq; edentulum, sed ille modis omnibus uicit expectatio-
nem meam. Non suffecit illius animo totus liber passim acu-
leatus, passim ad seditionem classicum intonans, nisi apolo-
gā apologia cumularet. Tametsi sua cuiq; fama chara est, ta-
men, ita me Deus amet, magis me cruciat, q; huiusmodi ui-
rulentis conflictationibus perit siml & fructus studiorū, &
tranquillitas uitae christianae. Atq; hac sane in parte Leus
per me feret palmam. Cedo arena, porrigo herbam, agno-
sco uictorem, idem facturum etiā si iuuenis essem, tū abest
ut senex cum iuvene putem mihi praeter decorū, plusq; mu-
lièrem rixationem esse suscipiendam. Feruntur, aut fructū
etiā hnt nonnullum humanae conflictationes, si citra rabi-
em consistant. Quo simul atq; excaudit pugna, quid aliud
est, q̄ foeda cōcertatio, duobus ceu gladiatoribus in arena cō-
missis. Nec aliud spectaculum, q̄ si uindemiator in uiatore,
aut nauta in nautā, auriga in aurigam, scurra in scurrā conui-

cia regerat. Proinde ne sine fine rixam pariat, testor, pri-
mum conuitijs non respondebo. Certe non regeram. Rem
ut habet exponam, idq; nudo sermone, & Attico more ^{et de}
^{πρόσωπ.} ne se queratur opprimi praesidijs eloquentiae, qua mi-
hi tribuit immodicam, quo simul & mihi fidem abroget, &
ipse magis uideatur ueritati niti, cum nulla re me grauet ma-
gis, q̄ orationis technis, ac uaficie, quascq; uerborum torre-
te quodam. Deinde carptim id faciam, ac paucis, ne tua stu-
dia diutius morer his nostris naenijs, tum argumentis breui-
bus agam cum illius annotationibus, quibus utinam & ille
fuisset contentus. Ita & sibi plus bonae famae conciliaffet
apud graues, & eruditos uiros, & minus nocuisset optimis
studijs, & meam opinionem leuius offendisset. Nam ex ar-
gumentis, ut cunq; me tractasset, poterat aliquid fructus ac-
cidere bonis studijs. Atque huc ferme tendit summa totius
operis Leici, ut secundae aeditionis gloriam magna ex par-
te sibi uendicet. Quae res si illi usq; adeo cordi e, ut tanto tu-
multu putet uindicandam, per me quidem licebit, ut non so-
lum ueniat in societatem huius laudis si qua e, uerum etiam
ut abolito nomine meo totum opus sibi asserat. Pleraq; sic
gesta sunt, ut citare testes non possimus, nisi conscientiam
utriusq;. De sua ipse uiderit. Ego meae Christum iratu im-
precor, si uel in illis duabus epistolis, uel in hac apologia uer-
bum unum mentiar sciens, aut hic mentiri uelim. Hoc opi-
nor mihi donabit Deus, in priore noui testamenti editione,
nihil sibi deberi. Atque utinam deberem multis, mo opus
exisset emendatius. Eam cum absoluisset Basilea, repero
Britanniam, quam mihi charam esse non nego, cui q; me plu-
rimum debere semper praeme tuli, cum multis alijs nomi-
nibus, tum hoc praecipue, q; non alibi possideam amicos, ne-
q; plures, neq; synceriores. His salutatis reddo me Brabantiae.
Sic enim uisum est principi Carolo, in cuius consilium tum
eram recens adscitus, ut in Brabantia sedem figerem ubi uel-
lem, sed maxime Louanij. Hic nihil mihi prius curae fuit, q̄
ut nouum testamētum denuo recognoscerem, id quod pa-
lam facturum me pollicitus eram iam tum in priore aeditio-

ne. Id aggressus sum primum Antuerpiæ, apud hospitem
& amicum meum Petrum Aegidium. Is huius rei testis esse
potest, cunctq; hoc duo famuli mei Ioannes Phrysius, & Iacobus
Nepos. Id ideo clam accurabam, q; uererer, ne si rumor
hic exisset, Frobenio sua uolumina domi manerent.
nam excuderat supra mille ducenta. Qua de re scripsimus
& Budæo, priusquam mihi Leus esset de facie notus. Hic
absoluta parte operis aliquanta, Bruxellam demigro, ita uolente
clarissimo uiro D. Ioanne Syluagio, tum regis Catholici
Cancellario summo. Hic idem ago, maiore etiam nisu, mensis
complures, conscio & adiutore etiã Cutberto Tūstallo, tum
Serenissimi regis Anglorum apud Carolum nostrum, & Maximilianum
oratore. Conscio clarissimo D. Hieronymo Buslidio, conscio
Petro Barbirio. Nec his solis tamen conscijs. Iam enim rumor
ut sit ad plures serpserat Bruxellæ. Primus omnium, qui
mihi admodum familiares erant, deprehendit laborem
meum iuuenis haud quaquam uulgariter doctus Ioãnes
Lodouicus Viues, per quem res serpsit etiam
latius, non sine meo dolore. Hinc Gandauum, mox
Brugas profecti, totum nouum testamentum, collatis utriusq;
linguæ uoluminibus, excussimus. Cutbertus Tūstallus
unum exemplar sat emendatum suppeditauit, & in
conferendis Græcis codicibus, quoniam id ab uno præstari
non poterat, fidelissimam atq; amicissimam nauauit operam,
nec paucis de rebus admonuit. Inde ubi princeps in
Zelandiam se recepit, ego Louanium commigro, non aliud
agens, q; egeram. Hic Lei notitiam nactus sum. Vter alterum
prior salutarit, nec admodum refert, nec satis commemini.
Etiam si ille ualde putat ad rem pertinere, ut prior ipsius
ædes adisse credat. Ac mihi sane tum non fuit iniucunda
hominis consuetudo, ut sum ad amicitiam amplectendam
perfacilis, & multorū iudicio, plus satis, etiã si non eē
nescius, illum paræ amice de me locutū, anq; nosset, aut
conspicatus eēt. Grata erat morū facilitas, placuit igeniū,
pbauit studiū. Ille tū græcissare cœpat, nec alia de re aliquādiu
fuit

inter nos sermo. Hac in re me sibi fauentem habuit, nam
adiutorem dicere, religio est. Tandem usq; ad cubiculi se-
creta processit familiaritas. Ostendo illi meos labores. Iam
em̄ opus ferme totum absolueram, nisi q; in hoc argumenti
genere nihil unq; satis est absolutum, sed subinde redit labor
actus in orbem. Ipse saepe uidit omnes undiq; p̄enas margi-
nes, chartas passim additas. Tot em̄ mensibus nihil aliud ege-
ram, homo, qđ pleriq; norunt, neq; somniculosus, neq; len-
tus. Tandem per occasionem indicat se quoq; nonnulla lo-
ca annotasse. Gaudebam. Hortor ut communicet. Nam qđ
ille multis uerbis inculcat, me improbis precibus perpulisse
hominem, ut relictis studijs suis, mihi seruiret, longe secus ha-
bet mihi crede. Sponte sua susceperat negotium, & sibi sus-
ceperat. Communicat chartas aliquot, sed singulas, & pler-
asq; dimidiatas, nec eas ordine, uerum nunc in Matthæum,
nunc in Paulum. Incertum uero quo consilio. Inter confe-
rendum sensi submolestum esse, q; alicubi dissentire ab illo.
Itaq; pactus sum cum homine, ita ius esset illi quæ uellet ad-
monere libere, ut mihi uicissim liceret, in opere primū meo,
deinde quod non uni cuipiam, sed orbi scriberet, ab illo nō
nunq; dissentire. Et hactenus res ciuilitate est acta. Tandem
prolatae sunt schedæ in quibus nonnihil erat aculeorum, ut
mihi quidem uidebatur præter causam. Adieci nonnullis lo-
cis duo aut tria uerbula, quæ forte ueniebāt in mentē. Nihil
enim minus suspicabar futurum, q̄ ut ea sic notata, ut ipse q;
scripsi uix queam legere, in suum dialogū esset relaturus. Po-
stremo ubi uideretur plus satis incandescere, adieci hæc. Me
nescio, certe post eum diem desijt mittere, desijt etiam saluta-
re. Et iam uultus erat alius. Ego suspicabar liguā aliquam im-
probam itercessisse, quæ mala pestis sepe dirimit bonas ami-
citiās. Post dies aliquot, forte fortuna offendo hoīem in tem-
plo canonicorum Martinensium. Rogo quā obrem factus
sit sui dissimilis. Negat illic esse locū explicandi. Nam ab-
soluebat, opinor, pensum precum uespertinarum. A beo, &
pergo facturus id cuius gratia uenerā. Aliquanto post in se

his Paschalibus utriq; prandemus apud Hadrianū Hebraeum. Lei uultus erat parū alacer. Sed tñ illic locus non erat hicce derebus cōmentandi. Ego nihil atrocioris mali suspicatus, repeto Basileam, a dīturus denuo nouū testamētū, nihil oīno mecum adferens Leicaz annotationū p̄ter unā pagellam, in qua describi curauerā quæ ille annotarat de genealogia Christi secundum Lucam, q̄ reseffet prolixior, & tum mihi non suppeteret ocium relegendī quæ sunt apud Annium, Philonem, Ambrosium, ac Hieronymum. Nec tamen ea mihi fuit usui, atq; utinam fuisset. Latuerat enim inter schedas, nec unq; reperta est, nisi cum excusis omnibus, pararem reditum. Eam duobus amicis tum ostendi, Capitoni, & Oecolampadio. Eram mutaturus chartam excusam, sed illi mecum negabant esse, cur quicquam mutaret.

Hæc non alijs argumentis docere possum, quam testimonio duorum famulorum, Ioannis Houij, & Iacobi Nepotis, quibus nihil chartarum erat occlusum. Porro Basileæ totum annotationum opus, rursus a capite, quod aiunt, usq; ad calcem recognoui, magnisq; auctarijs locupletauī. Sciūt me nihil mentiri, qui tum me familiariter utebant. Iam pars operis, quæ cōplectebatur annotationes, erat absoluta, altera nondum cœpta. Non enim uisum est Frobenio, ante nūdinas absoluere. Ita redeo Louanium periculose laborans. Vbi sum factus aliquanto recreator, audio rumorem esse spursum atrocem, Eduardum Leum innumeros locos taxasse in meis annotationibus. Demiror quid rei sit, & uix credo, nō ignarus etiam extra bellum esse multa inania. Hominem ad colloquium euoco. Expostulanti fatetur ille sibi trecentos locos notatos, cum ego dūcentos duntaxat accepissem ex rumore. Rogo quid accidisset, ut ex tali amico subito factus esset inimicus. Adducit causas tres. Primū quod nescio quis ex Angliā scripsisset ad me, cauere a Theologo, quo dicto se designatum interpretabatur. Deinde ex postulabat, quod se prouocassem ad dialecticam, quod hucus nunc etiam refricat. Postremo quod contempissem suas annotationes, minutias, ac nugas uocans. Ad primum

tum respondeo, id quod res erat, neminem ad me dedisse
litteras unquam, quæ Lei meminissent, siue in bonam partē,
siue in malam. Ad secundum æque uere respondeo, me nū
quam prouocasse eum ad dialecticam, sed in familiaribus
colloquijs effutisse me quædam nostratium dixisse. Veni
at ad nos Leus, docebimus illum dialecticam. Nec istamē
id dixerat amarulente, sed ludēs, nec a me narratum est odi
ose. Ad tertium, rogo num contemnere uideretur, qui
pro singulis schedis gratias ageret, per ministrum, perinde
quasi pro magno officio, ita ut a me factum nouit Leus ipse,
nec inficiatur. Et sane non inficior officium fuisse. Pro stu
dio certe debeo. A nnotationes, quas tum impartiji, haud eg
dem numerauī, sed erant pleræq; minutæ, ac de rebus minu
tis, ex quibus admodum pauca mihi fuerunt usui, & hactē
nus fuerunt, ut loca quædam attentius relegerem, quæ una
fuit de sponso & sponsa, altera de principio in Ioanne. Et
tamē pro omnibus gratias egi, quasi ualde pfuissent oēs. Ne
q; em fieri potuit, qn multæ eēt iam supuacaneæ, nimirum
ope maxima ex pte absoluto, nisi forte putat nullos mihi eē
oculos, neq; quicq; actum tot autoribus relegēdis, toties cō
ferendis exemplaribus. Nam Augustini, Ambrosij, Hieronij,
Hieronymi, Chrysostomi, Theophylacti libros, si non ex
cussi, certe percurri huius negotij gratia. Testatur hoc poste
rior æditio crebris horum nomenclaturis. Ad hæc negabam
me meminisse, qd eas appellassem nugas, ac minutias. Et si
maxime appellassem, nō esse causam, cur ex amico fieret ho
stis, præsertim citra expostulationē. His ita dilutis, rogo qd
decreuisset de locis a se annotatis. Ac primū hortor, ut ani
mo Christiano sua communicet, me, si quid esset grauioris
momēti correcturum mea iactura. Nam sic altera pars ope
ris erat excusa, ut totum opus intra sex menses non esset p
diturum. Me ingenue testaturum, cui lector hoc commodi
tatis deberet. Hoc ubi negasset, ad proximum uenio. Veni
remus in rem (ut aiunt) præsentem, & uolumen annotatio
num posteriorę, (nam uolumen unicum mecum aduexerā)
conferremus cum illius annotationibus. Cum ne id quidē

illud probaretur, prouoco ut librum euulget communi periculo. Cum ille negaret id fore ex dignitate mea, respondeo me malle eam subire aleam, quā iuidā rumoris diutius premi, qui sapenumero ita rem maior est, ut umbra corpore. Hic ille coepit ad arbitros prouocare. At se de episcopo Rossensi meminisse, non refragor admodum. Mihi sane non liquet, certe de Atensi memini. Hic non nihil hærebam, sic mecum cogitans. Si recuso iudicē, offendam A tēsem, sin accipio, uidebor opus iā aeditū denuo in iudicij discrimē reuocare. Et quid opus ē uerbis? Sic erat amicus A tēsis, ut illi nō sūderē toto pectore, uidelicet monitus aliēno piculo. Rūdeo nō opus esse iudice A tēsi, cum ille iam semel de ope pronuntiaffet. Etenim paucis ante diebus, quam ad iter accingerer Basiliēse, D. A tēsis ad cœnam uocat. Aderat. M. N. Nicolaus Edmondanus, ac Ioannes Lodouicus Viues. A cœna non nihil semoti colloquimur. Aio me proficisci Basiliāam, rogo moneat, si quid admonendum uideretur. Nam id ante tres menses roganti mihi se facturū promiserat, & quidē fraterna, ut aiebat, syceritate. Respondit sibi totum opus esse perlectum, uideri doctū iuxta ac pium. At malim, inquam, admoneri, quā laudari. Repetit eadem. Cur igitur, inquam, quidam uociferati sunt in opus meum, siquidem est quale tu prædicas? Erant, inquit, fateor, multa delata ad me priusquam legerē. Vbi legi comperi rem secus habere. Quid sis aediturus nescio, quod aeditum est, mihi ualde probatur. Cum respondiſsem hic omnia fore meliora, adiecit, oro ut istis sanctis tuis laboribus studeas bñmereri de Rep. Chriana. Quod narro sic habere, non inficiatus est A tēsis. Nā ex postulanti mihi, quod opus antea suo calculo comprobatum, nunc uerso, quod aiunt, pollice improbare, negauit se mutasse sententiam. A tē qui non mutas, inquam, cum perbas annotationes Lei, meo operi aduersantes? Probo inquit quasdam illius annotationes, nec ideo protinus improbum opus. Velut tu, inquit, quædā annotasti in Thomā, nec ideo tū non bonus autor est Thomas. Sed ad ordinem narrationis redeo. Cum dixiſsem Leo, quid opus ē rursus

Atensem iudicem facere, cum ille semel pronunciarit, & pronunciarit tam constanter. Respondit tanq̃ familiarius rem seriam dicturus. Si ita dixit A tensis, ergo mutauit sententiã. Esto inq̃, mutarit, mihi magis libet fidere priori, quã integer pronunciauit, quam huic, quam nunc laturus sit, p̃ te menses aliquot occupatus. Cæterum cum L eus urgeret, & omnino iudicem uellet, age inquam, ne hoc quidem recuso, modo uelit negotium suscipere, tametsi iniquum est. Vt rem in pauca cõferam, neu te tædio enecem optime lector, cum A tensis posceret tres menses, foreq̃ prospicerem, ut interim opus nouum penderet sub iudice, tanq̃ reum, non sine graui dispendio Frobenij, negaui tam diu posse rem differri. Nam opus breui proditurum, uellem, nollem. Itaq̃ A tensis librum remisit. Deinde rursus ago multis modis, ut L eus mihi suum librum cõmunicet. Ille nihil minus, q̃ hoc exorari potuit. Verè efflagitat, ut meum exemplar ipsi cõmitterem. Et facturus eram ni quidam, me nasutior, submo- nuisset, nihil aliud agere L eum, q̃ ut hinc suas annotationes redderet aduersum me instructiores. Proinde negaui æquũ esse, illi me credere librum meum, qui mihi non crederet suum. Itaq̃ nihil actum est hac quidem in re. A tensis tamen constanter in hac fuit sententiã, nec apud me tantũ, sed apud alios etiam testatus est, æquum sibi uideri, ut L eus mihi suas annotationes communicaret, quas in me scripisset, atq̃ illum parum se dignum facere. Interea uelut aura auctum incurrendum, indies gliscit rumor, dira minitantibus, qui L eo fauere uolebant uideri. Vt solent ad huiusmodi tumultus cõcurrere, qui pugnam hinc atq̃ hinc accendant. Liber operascribarum in exemplaria complura propagatur. Nam sextus Louanij fuisse descriptum, & ipse fatetur L eus. Apud Martineses, mox apud Minoritas. Postremo apud alium quendam sæpius descriptus est. Mittitur in Angliã, primum ad unũ atq̃ alterũ, mox ad plures, sic ut nullus esset, nec hic, nec apud Anglos, qui nesciret L eum in me scripsisse trecentas annotationes. Ego interim technis omnibus uenior librum, nullas non tendens insidias, uidelicet quo pa-

rator essem ad rindendum, si quando ille sua euulgasset. Sed frustra omnia, nam ille non paulo uigilantior erat in celando, quam ego in uestigando. Tentatus est scriba ille tertius, pmissa pecunia. Coeperat apud Atensem describi. Ol feceram, & iam duas pagellas interceperam, habiturus & ceteras, ni ex meo colloquio suboluiſſet Ateni, scribam non fat bona fide celasse rem. Id ubi sensit Leus, ab Ateni repetit codicem. Adnifus est meo hortatu ille quoq; quem Leus proditorem uocat, ut librum suis epistolis a Leo eliceret. Datum est negotium in Anglia non paucis. Hic mei laqueos alios alij tendunt, neq; quicquam profectum est. Tandem amici, qui mihi sunt apud Anglos cum Leo communes, illud agunt scriptis ad utrunq; literis, ut inter nos instauemus ueterem amicitiam, Leus librum suum premar, ego ueterum iniuriarum obliuiscar. Viderant opinor librum eiusmodi, ut magnum aliquod incendium excitare posset, praesertim in ea conspiratione, quae tum feruebat, hodieq; feruet aduersus bonas literas. Ego tamen non crederem fore, ut Leus perpetuo premeret annotationes suas, neq; non uiderem me, presso uelut in meam gratiam libro (Id em odiofissime passim iactabant Lei fautores) magis etiam grauatum, rumore ac suspicionem, tamen amicorum uoluntati me permitto. Coimus in colloquium Leus & ego, rursus ago, quantum possum, ut libri faciat copiam, me aediturum, si uellet, non aediturum, si nollet. Cum ille nullis rōnibus flecti posset, rogo tandem, quodnam esset mihi futurum praemium satisfactione cum illo concordiae, quando futurus esset, ut rumore magis etiam premerer, & alioqui nihil ad me fructus esset redditurum. Si hic esset fructus instauratae amicitiae, me praesertim re simultatem. Tandem pollicetur se capita annotationum mihi communicaturum. Roganti cur non eadem opera communicaret & librum, respondit inesse quae mihi mouerent stomachum. At nunc non mouent, inq; cum ab alijs leguntur: Malim apud me mihi dicas conuictum, q̄ apud alios. His ubi nihil ille commoueretur, rogo ad quem diem esset communicaturus ea capita. Obtulit, iterum roganti, nihil

respondit. Ego suspicās, ne hoc quidem facturum quod praemississet, aut si fecisset, quaedam modo designaturum, quae non multum ad rem pertinerent, non exegi, fateor quod promississet. Interim ubi nullus esset neque modus, neque finis factandi trecentas annotationes, coepi odiosius etiam puocare ad aeditionem, primum uerbis, mox per epistolam aeditam, sed quae sic haberet non nihil aculeorum, ut Leum extimulare posset, atrum facere non posset. Extat epistola, ut in proclui sit doctis & integris de ea iudicare. Et tamen multo antequam haec prodisset epistola, Leus iam tentarat librum suum committere typographis, prouocatus, ut ait, nescio qua syngrapha affixa foribus ipsius, quae nescio quid habebat in illum conuictum. Quae res mihi uehementer displicuit. Fortassis id qui fecit, fecit uel odio Lei, uel mei studio. At ego ut sciebam, ita saepe testatus sum, hisce rationibus nihil aliud effici, quam ut grauarent causam bonarum literarum, & aduersariorum causam redderent meliorem, denique alienarent ab se bonorum uirorum animos, quibus oportebat nos modestia, ciuilitateque commendari. Tentauit primum Antuerpiae, gaudebam, sperans fore, ut aliquae paginae recentes etiam manus uenerent in manus meas. Neque enim alio consilio cupiebam uere, cuius officinae opera Leus uteretur. Egerat cum Hillecolaeum Buscoducensem significauit, se nihil excusare eius modi, nisi meo permissu. Respondi primum, me nec hortaturum illum ad aedendum, nec impedimento futurum, etiam si cuperem exire librum. Tantum admonui, aduigilarent amici, ut ilico mihi fieret paginarum excusarum copia. Atque ita respondi, ne Leus queri posset apud suos, me autorem fuisse aeditionis. Neque enim addubitabam, quin liber esset prope em in lucem exiturus. Addo mihi non ingratum fore, si res ad sesquimensum differretur. Nam tum totus eram in absoluenda paraphrasi epistolarum ad Titum, ac Timotheum, uidelicet ut mihi esset otium respondendi. Respondet, etiam si id non monuissem, tamen ante natalem Christi, nihil futurum fuisse. Vbi uideo rem non succedere, adhortor ut pa-

gant, mihi gratissimum etiam futurum. Fatetur hæc esse ve-
ra typographus, uir neq; stultus, neq; male fidei, testantur
meæ ad Nicolaum Buscoducensem literæ. Deinde agitur
cum Gallo typographo. Rursus gaudeo, q; mihi maior eti-
am eēt spes illum corrumpendi in hoc duntaxat, ut paginas
excusas communicaret. Mitto qui explorēt, comperio rem
coeptam fuisse, sed rursus intermissam. Doleo, & accerso ty-
pographū. Horror ut instauret negocium. Ille nihil non p-
mittit. Quid hic referam lemmata, quæ congerit Leusi po-
sterioris apologiæ calce, qua respondet meæ ad Thomam
Lupferum epistolæ, rem ut ait, denuo ab ouo repetēs, quæ
nec ego potui sine risu legere, nec quisquam opinor erit, tā
patiens aut ociosus, qui sustineat me uel referentem, uel re-
sellentem. Famulus tuus uisus ē ingredi typographi ædes.
Quæro quid egerit, Abiurat typographus, Mox mutat pa-
cti fidem. Atunt allatam ad te primam chartulam. Dolum
meditatus est typographus, sed abs te pellectus. Aliaq; per-
multa his adsimilia. Quid uiderint alij nescio, chartam ipse
non uidi. Et tamen uidere cupiebam. Quin & hoc negocij
dederam amicis, ut si possent, efficerent, ut mihi mature uo-
luminis excusi fieret copia, ut impediretur æditio nunquam
egi. Atq; hic rursus Leus utitur arte sua. Quod alia dictū
est occasione, ad hanc causæ partem accommodat. In primo
illo colloquio, quemadmodum narraui, cum ille duas prio-
res conditiones non reciperet, prouocaui ut æderet librum.
Hac de re, cum ille altero quodam colloquio mecum expo-
stularet, q; procaciter prouocassē ad æditionem, id sibi esse
agre, respondi id quod res erat, me non simpliciter prouo-
calle ad æditionem, sed dixisse, citius curaturum me meo
sumptu, ut exiret opus, q̄ commissurum ut eo rumore gra-
uarer. Quid hoc ad præsens negocium? Nondum id tem-
poris quicq; agi coeptū erat cū typographis. Sed audi te q̄so
lector technā hac etiā magis bellā. Possem inqt noīare, cui
dixisti, tā pœnitere te, q; æditionē libri ipedisses. Et huius di-
cti autorē uult uideri grauiorē, atq; etiā mei studiosiorē, q; q
uelit quicq; mēiri, p̄sertim aduersū me. Quis hic nō statim

putet rem euictam esse? Non inficior tale quiddam dixisse
me. Impedimento fui, quo minus Antuerpiæ excuderetur,
qui nō dissimularim me captare, ut e manibus operarū char
tæ mihi traderentur, opere nondum absoluto. Id si non sub
odoratus fuisset Leus, liber Antuerpiæ fuisset excusus. At
magis in rem meam erat illic excudi, q̄ alibi procul, quod
postea factum est. Ita ut dixi res habet, nunc perpendat pru
dens lector, quam hic scite Leus linum, quod aiunt, lino
connexuerit. Talibus lemmatis me redarguit impuden
tis mendacij. Nec multo melioribus docet, quo minus pa
ctio cum Hillenio cœpta processerit. Ambiebat Hillenius
opus, tantum (ut ipse ait) lucrum ex eo facturum, post horu
lam mutatus recusaui, nō dubium, inquit, quin abs te actus
is, aut pecunia corruptus, aut minis deterrit⁹. Ac mox qua
si rem adamantinis argumentis euicisset, me appellat, rogās
ecquid pudeat tam impudētis mendacij, qui dixerim me do
lere, q̄ res ad nihilum reciderit. At qui hæc cum legeret Hil
lenius ipse, magis etiam & demiratus, & indignatus est, hæc
tam impudenter in se contingi, ac meditatur actionem iniu
riarum. Pergit linum lino connectere. Reliqui Antuerpi
am, Tu proximo consequeris curru, Descendisti, inspexi
sti currum meum, Testis unoculus. Hæc cum legerem, non
aliter eram affectus, q̄ si quis mihi narrasset somnium. His
atq; huiusmodi argumentis putat satis liquere, me technis
obstitisse, quo minus peractum sit aliquid cū Hillenio. Nisi
q̄ hæc esse uera, sedulo negat Hillenius. Porro cur ille mu
tarit sententiam, si tamen mutauit, ipse si libet, respondeat.
Ego cum illo nihil egi, neq; quisquam alius, me certe con
scio. Verum operæpretium est excutere duo caussa, quæ
lemmatis admiscet. Unoculum uocat meæ gloriæ præco
nem. Significans opinor, mihi non esse præcones alios. Nā
illum ut sordidum quempiam induxit. Ego sane nec mere
or præcones gloriæ meæ, nec affecto, quippe qui sententiā me
laudibus hmoi onerari uerius, q̄ honorari. Veruntamen cū
obscurum non sit, quales in re literaria proceres, quot, quā
taq; dignitate præcellentes uiri, usq; ad Cardinales, atq; ipm

etiam Romanum pontificem, ne quid dicam de primatibus
ac regibus, me frequenter, & scriptis suis ornarint, & uoce,
quorum attinebat cauillari in Vnoculum gloriae meae p-
conem: Si meos praecones contemnit Leus, quae so quos p-
ducat suos: Quod si clamitabit indignum me talibus pra-
conijs, plane mecum sentit. Sed interim quorsum opus erat
tam intemptiuo cauillo: Huic non admodum dissimile e-
quod addit, eo consilio rem per me dilatam in diem quadra-
gesimum, ut post absolutam Paraphrasim, concinnare epi-
stolam ad Lupsetum, quo fucus ac mendacijs omnium ani-
mos occuparem. Sic em senem & canum subinde alloquitur
iuuenis modestiae pene immodicae. Atqui de epistola,
tum ne somniabam quidem, sed ea res multo post in men-
tem incidit, ex occasione literarum, quas amicus quidam scri-
pserat ex Anglia, de rumore formidabili undiquaque spar-
so, non sine periculo meae opinionis apud multos, qui cre-
derent annotationes Lei, longe quae essent *Myroëras*. Deinde
sic meminit de concinnanda epistola, quasi mihi ad eam aut
similem epistolam non satis sit diei dimidium. Queritur si-
mili dolo sese exclusum ab omnibus officinis Germaniae, si
uellet suae salutis consultum. Ridebunt haec cum legentur,
qui Coloniae meas habent literas, quibus admono, uigilet,
ut quod excusum esset, ad me deportaretur, ne uero impedi-
rent aditionem. Iam Theodorici fidei diffidebat, qui mihi
